Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



188

salsuginis et in habitaculis. Nemo ergo fratres sibi metipsi male in occulto uiuens
de fauore uulgi quasi bonus sit blandiatur. Quia et si folia uerborum p
pulchra. si flores famae gignit odoriferum. Non est arbor bona quae fa
cit fructus malos. Nemo cum recto corde bona quae ualet operatur
de sua salute disperet. Quia non est arbor mala quae facit fruc
tum bonum. Una quoque arbor de fructu suo cognoscitur. Haec cog
nitio de apostolis solum modo uicius siue uirtutibus accipienda.
qualia superius exapli sententia commemorauimus. Haeque sunt non
nulla quae quo animo gerantur ignorantur a proximis. Unde et in utraque par
te possunt in tentari. Et ambigua quoque iustius ab his qui bona di
ligunt in tentantur in bonum. ut im pleantur illud apli. Nolite ante
tempus iudicare. Neque enim de spinis colligunt ficus. neque de rubo
uindemiant uuam. Spinae et rubus plenae aculeis arbores. illae cor
da designant qui luxuriose in uidiae concupiscentiae stimulis ipsi
fedantur. uel certe iracundiae detractione. odii. superbiae et amari
tudinis asperitate in suaues proximis. et quasi intractabiles exsist
unt. Ficus autem dulcem regni celestis memoriam. uua flagrantiam
dominicae dilectionis significat. Non ergo de spinis colligunt
ficus. neque de rubo uindemiant uuam. Quia qui cuique ad huc ui
ciorum aculeis sordent. exempla uel doctrinam uirtutum ministra
re proximis ne quaquam digne praualent. Bonus homo de bono
thesauro cordis sui profert bonum. et malus homo de malo profert
malum. Thesaurus cordis. intentio est cogitationis. Qua puerum
operis interius arbiter iudicat. Unde fit plerique ut minu
ta bona in nullis maiori celestis gratiae mercede operentur. Vi
delicet propter intentionem cordis quia maiora uoluerant pa
rare bona si possent. et alii maiora uirtutum opera ostentantes. Ob